

Universitätsbibliothek Paderborn

Medvlla Theologica

Ex Sacris Scriptvris, Conciliorvm Pontificvmqve Decretis, Et Sanctorvm
Patrvm Ac Doctorum Placitis Expressa ; In qua, quidquid tum ad fidei
mysteria sanè ac rectè intelligenda, & ab erroribus quibusvis secernenda,
tum ad sacramenta debitè conficienda & ministranda, tum ad actiones
humanas iuxta ...

Abelly, Louis

Coloniæ Agrippinæ, 1658

III. Qualis cultus sanctissimæ Virgini Deiparæ Mariæ debeatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38954

odorum & intercessionem Christi Domini honori ac dignitati
S. Greg nullatenus officere, imò vim omnem suam ab eius medi-
cat, & S atione accipere.

& oran

SECTIO III.

*Qualis cultus sanctissima Virgini Deipara Ma-
ria debeatur.*

CVM ut ex ante dictis constat, honoris ac cultus, qui
Sanctis deferendus est, mensura & modus ex magni-
tudine sanctitatis, virtutum, ac meritorum accipi-
pienda sit; hinc colligi potest, qualis honor & cultus sanctissimae
Virginis debeatur, cum eius sanctitas, virtus, ac
meritum supra omnes alios sanctos longe supercmineat.
Ut tamen certius & evidenter istud innotescat, aliquot
speciales sanctitatis & excellentiae titulos in illa sanctissima
Virgine hic annotabimus, ex quibus inferre qui quis
poterit, quo religionis cultu prosequenda sit; neque enim
(ut recte dixit S. Bern. epist. 174.) *Virgo regia falso aut faci-
to eget honore, cum vera honorum tenuis & insula dignitatum
decorata sit.*

Primus igitur excellentiae titulus dicitur ex innocentia
singulari, qua consistit in eo, quod sanctissima Virgo
privilegio speciali, nec ulli alteri Sanctorum unquam
concessio, ab omni peccati sive originalis, sive actualis la-
be protus immunis extitit.

Erit primis, quod nullum unquam peccatum actuali
ne quidem veniale commiserit, docet sanct. Thom. 3: p.
q. 27. a. 4. estque communis totius Ecclesiae sensus, ut ha-
betur in Conc. Trid. sess. 6. cap. 23. huic etiam veritati
suffragratur sanct. Aug. lib. de nat. & grat. cap. 36. vbi di-
cit de sanctissima Virgine Maria loquens, *De qua proprietate
honorem nullam prorsus, cum de peccatis agitur, habere volo
mentionem: & sanct. Bern. epist. 174. Decuit regiam Virginis
unum singularis privilegio sanctitatis absque omni peccato ducere
titulum.*

P. A.

Quod

Quod autem etiam originalis peccati maculam non
quam contraxerit; probari potest ex ijs omnibus scriptu-
ra locis, in quibus illius singularis, & omnimoda pur-
itas & innocentia significatur, vt Cantic. 4. Tota pulchra
amicame, & macula non est in te: atqui tota pulchra no-
net, nec macula omnis expers, si originali peccato fo-
data fuisset: ibidem vocatur hortus conclusus, fons signatu-
& cap. 6. una est columba mea, perfecta mea: item ex illis
eandem sanctissimam Virginem Angelis verbis S. Luc.
Ave gratia plena; Dominus tecum; Quibus (vt dicit sanctus
Aug. term. II. in natali Dom.) ostendit ex integro iram pri-
me sententia exclusam, & plenam benedictionis gratiam res-
turam.

Probari etiam potest ex eo, quod idem sanctus Aug. lib.
9. cont. Julianum cap. 9. dicit, illum qui in aetate adulu-
peccatum nullum commisit, nullum etiam in infantilis
contraxisse; unde sequitur, cum ex eodem sanctus Augustinus
supradicta beatissima Virgo nullum in vita sua peccatum
commiserit, nullum etiam in origine sua contraxisse; &
S. Ansel. lib. de conceptu Virginali cap. 18. Decens, in-
quit, erat, ut sanctissima Virgo a puritate niteret, qua manu
sub Deo nequiter intelligi, & in cap. 1. 2. ad Cor. Omnes mor-
bi sunt in peccatis suis originalibus, suis voluntate additis, no-
mine prorsus excepto, dempta matre Dei: & Petrus Damiani
fer. de Assumpt. Caro Virginis inquit, ex Adamo assumpta
macula. Adam non admisit.

Denique accedit authoritas Sixti 4. summi Pontificis
in extrau. (cum praexcelsa) de reliq. & vener. Sancto-
sum; ubi fideles ad celebrationem immaculatae Concep-
tionis sanctissima Virginis (sic enim loquitur) etiam
indulgentiarum largitione inuitat.

Et quamvis nihil adhuc ab Ecclesia super hac re defi-
nitum fuerit, nec proinde censendus esset hereticus, qui
oppositum teneret, vt expressè declarauit idem Sixtus
4. in extrau. (graue nimis) quam renouauit Conc. Trid.
fest. 5. sententia tamen illa, quæ assertit sanctissimam Virgi-
nem ab omni originali peccato exemptionem, adeo vera
est.

est, ut Paulus 5. oppositum afferere in concionibus, iectionibus, aut alijs actibus publicis prohibuerit; quam prohibitionem Gregorius 15. eius successor, etiam ad priuata colloquia, & scripta extendit.

Dices, hinc sequi beatissimam Virginem à Christo Dominino non fuisti redemptam; cum enim nullum unquam peccatum actuale, aut originale incurserit, videtur quod Christi Domini redemptione non indignerit. Resp. illam indiguisse Christi Domini redemptione, non quidem ut à peccato liberaretur, sed ut à peccato præseruaretur; ac proinde illam excellentiori modo præ omnibus Adæ posteris à Christo Domino fuisset redemptam: cum enim ex modo conceptionis sua, utpote vera Adami filia, & ex eo viâ generationis ordinariâ ortum dicens, peccatum originale contrahere deberet: quod illud non contraxit, Christo Redemptori debitrix fuit, cum propter præuisa eius merita, ab illo peccato penitus præseruata fuerit.

Secundus excellentiae titulus ducitur, ex perfectissima gratiarum omnium plenitudine, & eminentissima sanctitate, qua beata Virgo cæteros omnes Sanctos tam Angelos, quam homines longè superauit. Hoc satis innuant verba illa quibus ab Angelo dicta est Luc. 1. *Gratia plena &c.* à beata Elisabeth, benedicta inter mulieres item ea, quæ de seipsa sanctissima Virgo dixit *Beata me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna qui potens est.*

Illud præterea constat ex eo, quod vniuersa Ecclesia professâ est in 7. Synodo gener. Act. 5. his verbis, *Si quis non confiteratur, sanctam semper Virginem Mariam propriæ ac vere Deigenitricem, sublimiorem esse omni visibili, & invisibili creatura, anathema sit.*

Accedunt plurima eximia, & præclara sanctissimæ Virginis elogia à SS. Patribus prolatæ, quibus illius supra genites Sanctos eminentiam singularem aperte testantur, aliquot illustriora hic proferemus. S. Epiphan. ser. de Laudibus Deipara, ipsam alloquens *Quid dicam, inquit, aut quid proloquar, & quo patto beatam prædicabo glorio radiis?*

Ps

etw

com: sola enim Deo excepto, cunctis alijs superior existit. Sanc^t Ephrem orat de laudib^{us} eiusdem, illam vocat. Optimam praeclentissimam, sublimiorem cælitibus, honoratiorem Cherubim Seraph. sanctiorem, & incomparabiliter cunctu alijs superius exercitibus superiorum. S. Greg. Neocæsar. hom. in Annuntiacione. beata Virginis, Maria sic gratia plena dicitur, quod illa totius gratia thesaurum recondetur; S. Ambr. in cap. 1 S. Luc. Bene gratia plena dicitur, que sola gratiam quam nulla alia meriterat, consecuta est, ut gratia repleatur auctoritate sancti Petri Chrysolog. ser. 143. Bene gratia plena, quia certis per partes tribuitur, Mariae vero simul se totam inservit gratia plenitudo. S. Chrysost. orat. in Hypapante vocat illam mundi miraculum: sanct. Damasc. orat. 2. de Assumptione Abyssum gratia & sanctitatem: sanct. Anselm. lib. de excellentia Virginis cap. 8. dicit in beata Virgine fuisse, Quamdam immensitatem gratie & glorie: sanct. denique Gregorius explicans illa verba II. 2: (Erie in nouissimâ diebus preparatus mons dorsus Domini in vertice montium) Tore est tuus montis nomine beatissima semper Virgo Maria designata nonnunquam quippe fuisse, quia omnem electa creature altitudinem elevationis sine dignitate transcendit: an non mons subtilitas Mariæ quia, ut ad conceptionem Verbi eterni pertingeret, meritorum verticem supra omnes Angelorum chorus usque ad solium Dei tatis erexit.

Ex quibus S. Gregorij verbis colligitur probabilissimum esse, quod aliqui Doctores existimant, gratiam illam sanctificantem, quæ beatissima Virgini in primo instanti conceptionis collata fuit, maiorem, ac pleniorum extitisse gratiam consummatam cuiuslibet etiam maximis sancti: quod si tanta fuit Mariæ gratia in primo ingressu, quantum in gressu fuisse existimare debemus: cum praesertim nullum vel momentum virtutis otiosum in ea futurum, fidelissimeque, ac perfectissime gratijs acceptis cooperata sit.

Tertius denique, & ultimus excellentiarum titulus desumitur ex dignitate Maternitatis Dei. Constat enim ex fiducie, illam esse vere & propriè Dei Matrem, hancque in ea dignissimam.

ii. fand dignitatem viauersa Ecclesia agnouit in Cone. Ep̄cl. v.
ptiman bi canone i. anathema dicitur in eum, qui sanctam Vir-
Cherab ginem Dei genitricem esse non confitetur; & in s. Syno-
super Annum gener. Act. 4. idem anathema rursus profertur in e-
um. Qui sanctam, & gloriosam semper Virginem propriè, & ve-
re genitricem Dei esse non confitetur.

Neque solum beata Virgo verè, & propriè Dei mater
exitit; sed præterea dignissima fuit, quæ ad illam mater-
nitatem diuinitus eligeretur, hancque proinde meritis
suis, si non de condigno, certe de congruo consecuta est,
Ita S. Amb. lib. 2. de Virg. Maria, inquit, digna extitit,
ex qua Filius Dei nascetur; & sanct. Hieron. in epist. ad
Eusechium de custodia virginitatis Tante, inquit, puri-
tatis extitit Maria, ut Filius Dei mater effici mereretur; & ve-
riauersa Ecclesia in quadam Antiphona id ipsum profi-
terur.

Ex hac autem dignitate Matris Dei, quam sic prome-
riuit, & cuius sublimitas nec dici, nec concipi potest, du-
plex adhuc excellentia derivatur. Prima, quod ratione
illius dicatur, & verè sit omnium creaturarum etiam san-
ctissimarum, & in altissimo gloria gradu existentium Re-
gina, & Domina (prout ab Ecclesia honorifice nuncupat-
tur) ab ipsisque proinde cultu, & honorem tantæ ma-
iestati condignum recipiat. Secunda, quod ratione eius-
dem maternitatis ipsenit Dei Filius illi se subiecerit,
& (ut testatur Euangelista) iabditus illi esse voluerit.

His igitur patulo fusis explicatis, restat, ut videamini,
qualis cultus sanctissimæ Virginis, ratione tanta & tam
sublimis excellentia, debeatur. Pro cuius resolutione

Dicendum est sanctissimam Virginem in singulari & me-
ximâ p̄z omnibus alijs sanctis veneratione seu Hyperdù-
liâ colendam esse tam publicè quam priuatim. Ita sanct.
Thom. 3. p. q. 25. a. 5. ratio est, quia veneratio & cultus
(ut iam dictum est) excellentia ac sanctitati correspon-
dere debet: atqui excellentia, & sanctitas beatissimæ
Virginis omnium aliorum sanctorum excellentia, ac san-
ctitati longè præminet, ut ex titulis supra explicatis con-

stat: ergo cultus illi debitus longè maior esse debet
cultu, qui alijs quibuscumque Sanctis deferuntur.

Quare, an prater cultum Hyperdulix, possit etia
cultus latræ exhiberi sanctissimæ Virgini, ratione vni
illius, quam inter illam & Filium eius Christum Don
num esse concipiatur? Resp. negatiuè cum S. Thom. 1
sup. citato; quamvis enim Metaphysicè loquendo, i
quo sensu posset adorari adoratione aliquâ respectu
moraliter tamen & practice loquendo, id fieri non debet
propter periculum erroris & scandali; vnde meritò san
Epiphan. hær. 78. & 79. reprehendit, & hæresos arg
aliquas mulieres in Syria, quæ beatae Virgini in signu
adorationis libationes qualidam offerebant.

SECTIO IV.

Qualis veneratio imaginibus, & reliquijs exhibenda sit.

Vppomimus hanc esse differentiam imaginis & ido
(vt rectè docet & probat Bellarm. lib. 2. de sanctis c.)
quod imago sit vera similitudo rei alicuius, vt cu
pingitur homo, equus, &c. Vnde & imago ab imitan
dicta est; idolum vero sit falsa similitudo, quæ repræs
entat id quod re vera non est, vt cum gentiles repræsen
tarent statuas Iouis, Martis, &c. tanquam Deorum, q
tamen re vera Dij non erant, nee esse poterant.

Hanc autem esse differentiam illarum vocum inde pa
re, quia scriptura nunquam tribuit nomen idoli ver
gini, sed solum simulacris gentilium, v. g. vocat Fili
um Dei, imaginem Dei ad Coloss. 1. at nunquam voca
idolum: item 3. Reg. c. 7. Salomon dicitur fecisse ad or
natum templi imagines Leonum, boum, palmarum,
&c. nec tamen unquam ista vocantur idola, quia rerum
verarum erant similitudines; vnde Theodoret. quæst.
38. in Exod. dicit, *Representationes rerum non subservientium
dei idola*, & S. Hieron. in cap. 7. Ossæ loquens de idolis,

notes